

suo quorumque genere aliqua perfectio, hæc omnibus partibus suis absoluta esse oportet, ut corpus humanum, exempli causa, membris, capite, humeris, manibus, lateribus, cruribus, pedibus, & cæteris, ut inquit Cicero: Orationem apud Græcos, τοῖς ὀκτὼ μέρεσιν, ut

πρὸς ἣ μὲν τὸ δύσκνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε.

Negat autem Plato in Politico, esse speciem seu formam, & quam partem seu quod membrum dicimus, rem eandem. Ac speciem seu formam semper quidem esse partem generis, sed partem non semper esse εἶδος. ὡς εἶδος μὲν ὅταν ἦ τὸ, καὶ μέρος ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι τοῦ πράγματος, ὅταν πρὸς ἃ εἶδος λέγεται. μέρος δὲ, εἶδος, οὐδέμια ἀνάγκη. Dividitur enim certe animi natura in ἔλλογον & ἄλλογον. eruntque hæc iam quædam partes illius, sed non ut sunt domus, tectum & parietes, verum ut formæ, in quas genus quasi discedit, ideoque & separantur hæc re ipsa, cum partes à toto re ipsa separari nequeant. ἔτι γὰρ ὅλον τε καὶ πᾶν, τὰ πάντα μέρη ἐσὶν ut dicitur in Theæteto. Nā in bruto est ἄλογος ψυχὴ, in homine ἔλλογος seu λογική. In domo autem hominis nō ita est paries, & in stabulo equi tectum. Itaque fit ut formis semper conveniat nomen generis quo comprehenduntur & quod ille explicant: Ut, stirps est arbor, frutex herba, id

partes in
sempre
partes

fol 118.

ἡ ψυχὴ

ἄλογος